

437. licet dicta delicta punire valeant, & quomodo sint faciendæ remissiones, vt compositiones sint validæ, Carau. in ritu 283. & 284. cum alijs duobus sequentibus: vide etiam quæ posui in versic. sequenti ibi quinimo in hoc Ducatu, & 27 de materia compositionum, & quomodo sint faciendæ, habetur per Carau. in d. ritibus, Ioann. Anton. de Nigr. cap. 221. incip. exerce volentes, Fab. Montealeo, in sua praxi super quatuor literis arbitri. in quinta parte per totam, Luci Foller. & Nunc. Tartal. in commen. super pragmat. de compos. vbi latissimè ad saturitatem. Et Barones in componendis delictis, si sua abutuntur potestate, aggrauando Vassallos, priuilegijs, & sua iurisdictione priuari possunt per Regiam pragmat. Caroli Quinti incipien. mandamus sub tit. de baronibus, & eorum officio, Afflict. in const. rei vindicatione, & Ioann. Anton. de Nigr. in capit. grauamina, numer. 50. vbi plenè de grauaminibus vassalorum tractauit.

29. Item adde, quod si gratia de facto concessa non prodest criminoso, etiam quod impetrans ignorasset potestatem illius qui gratiam concessit, & credidisset illum posse dare gratiam, sed poterit iterum per Principem capi, & detineri, ita tradit Casian. in conit. Burgund. fol. 244. versic. sed quia utebatur de facto.

30. Item adde, quod hæc potestas sibi Principi reseruata in feudatariis etiam de regalibus in genere inuestitum, translata non censetur. Felyn. in c. quæ in ecclesijs, col. 12. de constit. Luc. de Penn. in l. contra republ. C. de re milit. lib. 12. Afflict. in tit. quæ sint regal. num. 68. & Olasch. decif. 101. numero 12. & Barrol. in l. acta, §. amplanda, ff. de re iudic. vbi dicit, quod Comes, & Barones, & alij, vel aliam pecuniariam remittere non possunt, & Boff. in ut. de remed. ex fol. clem. Princip. numero quinquagesimo primo dicit, feudatarios non posse subditis suis concedere gratiam, nisi ad bona, & pœnam, quæ eis applicantur: nec

33. Episcopus potest remittere condemnatos ad carcerem perpetuum, cum hoc spectet ad supremum Principem, secundum Ioan. Fab. in l. pœnam, C. de pœn. quem refert, & sequitur Casian. in consuet. Burgund. fol. 242. numer. 11. Et an

34. Barones, & feudatarij gratias facere possint, vide omnino nouissimè Farinac. quæstio. crim. in quæst. 6. numero 2. cum sequen.

35. Item adde, quod in statu ecclesiastico legati etiam à latere, Gubernatores, & alij officiales non possunt rebannire, seu remittere capitaliter bannitos, vt per constitut. 8. Pij II. de qua in Bullar. fol. 81. & licet loquatur de bannitis pro homicidio, fuit tamen extensa ad alios pro quocunq; capitali crimine bannitos, per Iul. II. in constit. V. fol. 153. & postmodum dict. constitutiones per multos alios Pontifices confirmate fuerunt, præsertim per Pium Quintum in constitut. 13. versicul. & subsequenter sanctæ memor. fol. 919. & nedum non possunt facere gratias, seu compositiones cum bannitis

36. pro homicidio animo deliberato, sed nec etiam cum inquisitis seu condemnatis de homicidio in tixa, seu casu fortuito, uel alio quouis modo facto, pro quo pœna ordinaria, uel extraordinaria imposita, vel imponenda esset, vt per Pium quartum constitutione 104. fol. 80. circa verba alia delicta possunt facere compositiones, & gratias, ut quotidie faciunt. Baard.

f. In hoc tamen Ducatu. Et quid de feudatarijs, Farinac. sup. num. 3. Ros.

g. Ducibus Farnesijs.] Supra quæst. 57. versicul. Habet etiam, adde aliud speciale fuisse concessum Ducibus, ut uidelicet possint vi, & non uti Decretis Mediolani disponentibus super donationibus, vt per Plot. in leg. si quando, §. 12. in fin. sic olim poterant gratiam concedere, & iura Principum exercere, quondam Illustrissimi Rolandus, & ceteri Marchiones huius Pallauicini status, qui erant absolutè Domini, vt attestatur Bellus consil. 37. Octavianus Vulpell.

consilio suo criminali 57. numero 4. Et est notandum in proposito, quod ex quo Illustrissimi quondam Rolandus Pallauicinus Marchio, & eius successores, qui in præsent. Pallauicino statu meru, & mixtum Imperium, atque omnimodam potestatem, & iurisdictionem obtinuerunt, legifque condendæ auctoritatem habuerunt, vt ex allegatis Doctores, ac alijs, & patet in epistola posita in principio statutorum dicti Pallauicini status, mediante fœdere venerunt in ditionem quond. Serenissimorum Ducum Mediolani, vt patet ex relatis per Curt. iun. conf. 21. maximè à num. 6. cum seqq. quo ad plenariam potestatem eisdem Ducibus, & eorum successoribus subditum non fuerunt, vt per Alciat. tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 3. num. 9. Pyrellus ad consuetud. Aurel. tit. de feudis cap. 1. ad fin. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 316. n. 29. hoc enim importat statutum in crim. 26. lib. 2. tit. de crimine læsæ Maiestatis, faciunt tradita per Alexandr. consil. 13. num. 17. vol. 6. & ideo cum mediantibus talibus fœderibus facti sint socij Parmenses, & Pallauicini, talia fœdera seruari debent, tamen si vterque status nunc gubernetur sub eodem Principe, vt est infra quæstio. 71. versic. Quæro modo & per ea, quæ dixit Crauet. tractat. de antiq. tempor. part. 4. versic. 1. num. 55. cum seqq. idem Menoch. late dicto tractat. de arbit. iudic. lib. 1. quæst. 100. maximè sub num. 19. Curt. iun. conf. 124. per totum, & per Felin. remissive in c. Rodolphus, in verb. Comitatus de rescript. text. in l. non dubito, §. liberatorem, ff. de capt. & postlim. reuert. late Contar. in l. unicus, limit. 3. tit. ratione iuris can. numer. 22. cum seqq. C. si de mom. poss. & c. Alex. consil. 140. in fin. vol. 5. Habetur in diuina Scriptura Machab. lib. 1. capit. 8. & ad ornatum dictorum fœderum, quæ omnino seruari deberent, audi lector, quid ex Menippo Antiochi legato apud Romanos retulit Liu. libro 4. Decad. 3. in hæc verba: Esse puto tria fœderum genera, quibus inter se pacifcerentur amicitias, Ciuitates, Regesque. Vnum cum bello victis dicerentur leges, vbi enim omnia ei, qui armis plus possit dedita essent, ex his habere victos, quibus multari ipsius ius, atque arbitrium esse. Alterum, cum pax res bello, æquo fœdere in pacem, atque amicitiam venirent, tunc enim repeti, reddique per conuentionem res: & si quorum turbata bello possessio sit, eos aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi. Tertium esse genus, (& hic est calus noster,) cum qui hostes nunquam fuerint ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant, eos neque dicere, neque accipere leges: Id enim victoris, & victi esse; ex eo genere, cum Antiochus esset, mitari se se, quod Romani censeant æquum ei leges dare: at dum hic dicitur, quod seu datarij non possunt gratiam facere, nisi id expressè concessum sit, vt Serenissimis Farnesijs, adde quod de iure contrarium verum est; nam feudatarij, qui exercent imperium, & sic possunt condemnare ad mortem, etiam attempto tali iure possunt absolvere, quia, qui potest vnum, potest, & alterum, l. 3. cum ibi notat, ff. de re iudic. At quomodo confiscare, & condemnare possint feudarij, distingue, vt per Menochium de arbit. iudic. libro primo, quæstio. 93. numero tertio, supra ad quæstionem trigessimam primam, versic. Item quæro, contrarium tamen aliquando euenit, vt quis absolvere possit, non autem condemnare, vt per Menochium d. tractatu de arbit. iud. libro primo, quæstio. 43. numero 23. & quæstio. 54. sub numero quarto. Nota ergo, quod ideo feudatarius gratiam facere non potest, quia eius superiori hoc reseruatum est, vt hic, & Menoch. d. tractatu de arbit. iud. libro 1. quæst. 92. numero 23. & magis, atque magis nota iudex, vt etiam in his, quæ tibi licita, & arbitraria sunt vigore legum, vel statutorum, semper quæras consensum à tuo Principe, cognitio enim liciti, vel non, semper est reseruata superiori. Plot. in l. si quando, §. 8. sub numero 23. ad finem, C. unde vi, argumento eorum, quæ dixit Boff. titulo de Principe, sub num. 87. Drogh.

h. Adde quod.] Farin. d. q. 6. num. 22. Ros.

37. Adde, quod pro bono pacis.] Adde, quod uidendum Luc. de Pen. in l. vnica de public. latitiae, vel consul. num. 66. vbi latissimè. Baiard.

i. Quinimò.] Menoch. de arbit. iud. num. 86. Ros.

Quinimò in hoc ducatu non solet.] Adde, quod hoc est etiam de iure communi, quod Princeps non possit remittere pœnam parte non concordata, per l. 2. C. de precib. Imper. offerend. ita dicit Andr. de Ifern. in tit. de capit. qui cur. uendic. in quæst. de Curia Capuana, & uide Ruin. in consil. 60. uolum. 5. Bald. in l. uenia, C. de in ius vocan. 3. & ult. notab. & in l. quicunque, C. de seru. fugit. vlt. col. & quando possit remitti delictum, etiam inuita parte, & compelli partes ad faciendam pacem, etiam Paul. de Cast. consil. 195. vbi processu inquisitionis, & 40 quando possit Princeps remittere, uide Andr. de Ifern. in tit. quæ sint regalia, §. & bona, Paul. de Cast. in consil. 119. & Menoch. de arbit. iudic. quæst. 96. & ibi etiam, quid de Iudice ordinario, & quid de delegato, & Plot. in consil. 78. numer. 33. vbi latissimè in suis, & in consil. 73. numer. 57. inter consil. crim. diuers. uolum. 2. & Farin. in quæst. 6. numer. 15. cum multis seq. in quibus locis attestatur, quod de generali consuetudine totius Italiae, & totius Orbis ita seruatur, quod Princeps non solent remittere pœnas, nisi prius parte concordata, concludendo, quod Princeps illud facere non possit, aliàs, quod facit contra conscientiam, & mortaliter peccat, secundum D. Thomam in 2. secundæ quæst. 63. artic. 4. uersic. sed Princeps, Paris de Syd. in verb. compositio cap. 7. numer. 11. & Grammat. consil. 34. numero 1. & uoto 35. num. 49. & hoc etiam est seruandum in multa ex uera contumacia, ut per tex. in cap. uenerabilibus, §. porò, uersicul. secus de sentent. excommuni. in 6. vide etiam Bertaz. in consil. 163. cum addit. ubi loquitur de parte tangente officiali, & quando pœna debetur parti de iure civili, uel ex statuto, vel priuilegio Principis; vel de iure naturali, vel gentium; & quibus casibus Princeps pœnam patri applicatam tollere possit; & an possit imponere silentium, de qua materia ibi multum late tractatur, & gratia facta homicidiae, vel alij delinquenti, si non præcesserit pax, & remissio partis offensa, uel hæredum non ualeat, etiam quod esset facta de plenitudine potestatis ab Imperatore, vel à Rege, nam pars offensa, uel hæres non recipit honoris sui recompensationem, ubi uia iuris non punitur iniurians, uel offendens, fed absque pace Princeps ei gratiam facit, ut ait Beatus Thomas artic. 4. & ita Bald. & Comes Bened. de Ploti. requisiti à pontentissimo Ioann. Galeatio Duce Mediolani responderunt, ut habetur in consil. 6. inter consil. crim. diuers. tomo secundo, & alius Plotus in consil. 73. numero 52. cum sequen. eod. tomo dicit, quod de iure diuino uideatur, quod requiratur pax offensa, uel hæredum, & quod absque ea, etsi esset Imperator, Rex aut Dux non possit facere gratiam, ac liberationem pro aliquo delicto, etiã alias gratiabili, & ibi latissimè hanc quæstionem tractauit. Ex quo, in fallor, opinio D. Farin. in c. in quæst. 5. numer. 12. dicens gratiam, siue compositionem sine pace validam esse quod ad hunc, nullo modo sustineri potest, si enim dicta distinctio esset vera, utique Diuus Thomas, & prædicti Doctores illam non ignorasset & ideo secundum eorum opinionem ueram, & sanctam semper est iudicandum, & ad prædicta faciunt etiam, quæ posui supra in quæst. 2. numer. 13. & in 44. Regno Neapolitan. non potest deueniri ab aliquam compositionem, nisi prius parte offensa concordata, per ritum 275. & pragmat. 4. sub tit. de compos. quæ uult pro forma, ut in primis, & ante omnia partium remissio præcedat, quæ seruanda omnino est, alias actus est nullus, nec per æquipolens fermari potest: & hoc procedit etiam quod ex officio sit processum super aliquo delicto, & pars non querelauerit, quia

tunc etiam requiritur remissio partis ante compositionem, ita tradit Luci. Foller. in d. pragmat. 4. de compos. num. 101. hoc quoque tenuit Carau. in dict. titu 272. numer. 20. & dicta pragmat. & alia loquentes de compositionibus habent locum, & procedunt tam in transactionibus, quam in compositionibus, ut per Luci. Foller. vbi supra, numero 65. & Carau. in ritu 276. & per pragmat. 3. de compos. nec potest fieri compositio saluo iure partis, quando non adest remissio, ut disponebat ritus 274. qui fuit correctus per dict. ritum 275. vbi plenè per Carau. & in ritu 272. & ibi numero 28. habetur, quod si delictum fuerit commissum in persona incognita, ex quo remissio haberi non possit, quod tunc eo casu poterit obseruare ritum 274. id est componere inquisitum, & pro interesse partis recipere cautionem de stando iuri cum parte quancumque superuenerit; nihilominus consuluit iudicibus, vt talem compositionem non faciant absque licentia Proregis. Vterius, hodie in dicto regno remissio per procuratorem etiam cū speciali mandato non ualere, quia is, qui habet remittere, debet coram officiali id agere per nouissimam pragmat. 7. §. Vna de las causas, in tit. de compos. & ratio dictæ pragmat. fuit, una in ea dicitur, ne partes offensa per uita, uel metum facerent remissiones, & ita habetur per Carau. in d. ritu 273. & 275. sub numer. 7. in quibus ritibus docet, quomodo in regno hodie fieri debeant remissiones partium, vt compositiones delictorum sint validæ, & sola remissio morientis non sufficit, sed requiritur remissio omnium, quorum interest, id est, eorum quibus successio defertur, & omnium, qui sunt in eodem gradu, per pragmat. 8. de compos. & per rit. 275. & datur forma; quomodo constare debeat de remissione partis offensa, de qua prius debet apparere in actis, antequam fiat compositio. Fab. de Montealeo, in prax. arbit. part. 5. numer. 13. fol. 380. vbi latissimè de materia compositionum, quæ refert, & sequitur Nunc. Tartal. super pragmat. 8. incip. Nella anni passati, sub tit. de compositionibus, & per eandem pragmaticam pronissum fuit, quod officiales non possint facere relationes, quando inquisiti petunt se admitti ad compositionem; nisi prius constituti de partium remissione; & quando compositiones sunt contra formam constitutionem, rituum & pragmaticarum regni, sunt nullæ, & inualidæ, & rei compositi, non obstante compositione, ultimo supplicio sunt condemnandi, Grammat. uot. 35. & ibi late quæ sint consideranda in compositionibus fiendis, & in consil. 34. consuluit contra quendam Panarellum qui obtinuerat gratiam à Prorege non habita remissione partis, vide etiam Luc. Foller. in dict. pragmat. 4. numer. 95. sub tit. de compositionibus, ubi dicit compositionem factam prius, parte non concordata, esse nullam, & inualidam. Et ad quos iudices sit recurrendum, quando compositiones sunt nulliter. Carau. in dicto ritu 273. & Foller. in pract. criminal. in verbo audiantur excusatores, numero 117. in 4. fol. in quo plura sunt quam in alijs, & si aditus fuerit iudex, qui fecit compositionem, nullam, ipsemet reuocare poterit, & cognoscere super delicto, & datum pro compositione erit restituendum. Paris. de syndic. in verb. an si delinquens in fine, quem sequitur Carau. in d. ritu 273. in finalibus uerbis, & Foller. ubi supra numer. 118. nam quæ sunt contra leges, habenda sunt pro infectis, & ipso iure non ualent. Fab. de Montealeo, prax. arbit. part. 5. in verb. facta compositione numer. 4. fol. 446. & Vant. in tractat. de null. in tit. de nullit. ex defectu process. numer. 118. Quinimò quod nullitas ex eisdem actis, & processu resultat, à quocunque iudice etiam inferiori poterit cognosci super negotio principali, dummodo sit iudex ordinarius, & quod inferior possit cognoscere de nullitate gratiæ superioris, quando opponitur à parte, tenent communiter Doctores. in cap. cum uenissent de iud. & ibi præcipue Felin. numer. 1. & Dec. numer. 5. & Ferran.

ran. Gargian. in consil. 125. numer. 17. inter consil. crimin. diuers. tom. 1. & necessatio super nullitate non erit pronunciam. cum dicatur incidere deducta, ita late per eundem Vaut. in tit. coram quo nullit. propo. post. numer. 13. Capyc. decif. 1. numer. 26. & Paul. de Castr. in consil. 232. per totum volumin. 1. ubi plus voluit, quod sententia lata super negotio principali sit valida, non pronunciatum super nullitate, etiam quod expressè petitum fuisset, licet Iudex non beneficeret. Et in dict. Regno Officiales Baronum, qui habent potestatem componendi delicta, siue gratiandi, habent latiores habenas in compositionibus faciendis, quam officiales Regij, qui non possunt componere, siue commutare delictorum penas, pro quibus venire imponenda pena mortis, vel membri mutilationes inconsulto Prorege Regni, per pragmat. 2. in op. Et ne separata delictorum venia, (sub tit. de compositione, ubi dicitur de compositione, quae non habet locum in officialibus Baronum, vt per Io. an. Anton. de Nigr. in capit. ne peruersorum, numer. 8. & Carait. in ritu 272. numer. 7. qui tamen non possunt componere, nisi concordia partis laese precedentem, (quod etiam expressè dicitur in eorum priuilegijs.) & alij supradictis requiritis; & licet in hoc maiorem auctoritatem habeant, debent tamen bene aduertere, quid agant in componendis, siue gratiandis delictis, per Pragmat. mandamus sub tit. de Baronibus, & eorum officio, qua prouisum est, vt Barones, & eorum officiales debeant delinquentes debitis penis punire, aut puniendos mandare; & quod eorum priuilegijs non abuantur, ne de eorum abusu pro iustitia contra eos prouideatur, & ita etiam late tradit Luca. Foller. in dict. pragmat. de compositione. numer. 95. & seq. Sed aduertendum est, quod nec ipsi, nec Regij officiales possunt aliquo modo componere crimen sodomiae, & blasphemie per pragmat. 2. de sodomia, & pragmat. 5. de adit. per Illustriss. Card. de Granuela. At in statu Ecclesiastico ad prouidendum, ne paces fiant per vim, & metum, inferentes minas pro habenda pace incurrant penas criminis laese Maiestatis, & alias penas, de quibus in Bulla Innocent. VIII. fol. 128. & Pauli Secundi, fol. 98. & licet supradictae Bullae sint locales in Vrbe, fuerunt tamen per Clement. VII. extensae per totum statum Ecclesiasticum, ut in dicta Bulla. fol. 287. & postmodum confirmatae per Pium Quartum, & Quintum, & alios Pontifices, ut apparet in dict. Bullario non inter impresso; Sed in dict. statu non curant de tot remissionibus, & concordia partium, quia ut plurimum, Gubernatores, nulla habita consideratione, quod moraliter peccant, solent componere delicta etiam enormia, & gratias facere absque aliqua pace, siue concordia partis offensa: & aliquando ponunt clausulam in rescriptis, habita pace, donec pacem habuerint; & hoc quam sit iustum, & honestum, merito: Summi Ponti-

fices hoc nempe non faciunt, quibus reseruata est gratia homicidij, quam non concedunt, vel raro, & cum maxima causa, nisi prius pax secuta fuerit; & miror, quod ad istud maximum inuoluentem non prouideatur. Contrarium, quod immo Princeps, quo ad interesse publicum, & ad poenam corporalem sine pace remittere possit, tenet Thom. 2. 2. quaest. 77. numer. 1. Bartol. las. & alij in l. venia, Cod. de in ius voc. Boer. quest. 65. Bos. in tit. de remiss. ex sol. clem. Princip. Plot. consil. 78. numer. 32. Couar. libr. 2. variat. resolat. capit. 20. numer. 8. tamen pace non facta ipsi parti, & iuribus suis gratia non nocet, Paul. de Castr. consil. 423. uolum. 1. Ofalch. decif. 134. numer. 11. hoc autem non est verum, ita simpliciter in qualibet remissione Principis, sed specialem in ea, quae sit pro bono pacis, & sic cum cautela, & ita sunt intelligendi Doctores supra allegati, vt tradit D. Farinae. in dicta quaest. 6. sub nu. 18. cum seq. ubi multum doctore habet quaestione exa- minant, & quando reus obtinet gratiam delicti sine pace, debet exulare a loco delicti ad euitanda scandala. Deuterion. cap. 19. ubi ad unam Urbem con- fugit; & si gratia non interinaretur ob grauitatem delicti, tunc reus retinendus est pristinae libertati, ne Principis auctoritate deciperetur, l. 1. Cod. de his, qui veni at. impetr. Bos. in tit. de rem. ex sola clem. numer. 42. Si vero non veniret interinanda ob defectum verificationis contentorum in precibus, vel ob subreptionem, deberes puniri; posset tamen iterum Principem supplicare, ac obtinere ampliolem gratiam ad remouendum dubium Marc. quaest. 504. in fin. & cognito approbationis gratiae ei iudicij spectat, in cuius territorio reus deliquit, l. 1. & auth. qui in prouincia, C. ubi de crim. agi oport. nisi a Principe causa commissa fuerit, ubi plene per Anton. Solam in consil. Sabaudiae in Decret. Gratian. gloss. 1. numer. 2. fol. 195. Item adde, quod Iudex non potest componere in atrocissimis inconsulto Principe, nec debet componere cum illis, qui pluries delinquerunt, Paul. Ghirland. in tract. de relax. carcer. cap. 2. & 3. & in Regno Neap. fuit prouisum per cap. regni incip. Ne peruerso, quod famosi latrones, & alij malefactores grauiorum scelerum non admittantur ad compositiones, sed hoc male seruatur per Barones, qui uolunt pecunias. Ballard.

K Remissione a parte. Intra q. 60. vers. pen. in fine, inf. hac eadem quaestione vers. sed quaro. Drogh.

L Cum quidam Medicus. Intelligit de Domino Iosepho Pallauicino Medico, & hanc materiam, eiusque propter hoc carcerationem, & processum, vide per eundem Medicum satis diffusè tractatam in Tomo eius litterarum familiarium impresso, & dicato felice recordationi quondam Illustrissimae, & Excellentissimae Dominae Iuliae Sfortiae Pallauicinae, vxori q. Illustrissimi, & Excellentissimi D. Sfortiae Pallauicini. Drogh.

m Scias autem. Adde quod hoc potest facere Princeps cum bona conscientia, quando non est pars, quae accuset, & quando remissio non tendit in graue detrimentum Reipublicae, quia aliàs non potest Princeps remittere cum bona conscientia, ita Sanctus Thomas in 2. 2. quaest. 67. artic. 4. quem refert, & sequitur Gomez. de delictis capit. 13. n. 38.

Adde uidenda ea, quae posui infra sub numer. 97 ubi late de hac materia. Bair.

N secundo, quando Princeps. Adde, quod istud est Decretum gratiosum, de quo supra q. 58. uers. sed quid si nullus in principio, & in §. Homicidium, uers. dicitur etiam in fin. in §. laesa Maiestatis, uers. Hinc inferitur, ad fin. Drogh.

Quero nunquid. Adde, quod hanc materiam reseruat. D. Oadus in suo tract. de restitu. integr. q. 9. 96. 97. 98. & 99. eleganter & diffusè more suo tractauit, ut nihil amplius desiderari possit & ibi decidi omnes casus qui in hac materia contingere possunt.

Item adde, quod restitutus ex Principis indignitate, recuperat ex mente testatoris bona prohibita alienari, ut conueniantur in familia, quae propter publicationem perueniant ad illos de familia, etiam quod Princeps dicat in gratia, ad bona sine alterius prauidicio, ita notabiliter tradit Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Cardinal. Albanus in consil. 1. n. 18. & 20.

Item adde, quod gratia Principis non probatur per testes, Bald. in l. humanum ad finem, C. de legibus, ita etiam Cot. in memorab. in uerb. gratiam, & Bos. in tit. de rem. ex sola clem. numer. 54. Et licet non possit probari per testes, tamen gratiae, uel priuilegij qualitates poterunt probari, Abb. in cap. auditis in 2. notab. de restitu. in integr. & Dec. consil. 297. & tradit Rot. decif. Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

Baptista Negrolis, 1. Dec. 1554. A. C. Sed hac omnia intellige, vt procedant, quando non interuenit animus deliberratus: nam ubi unquam animus deliberatus interuenit, semper est necessaria parus remissio, licet nibi mali secutum fuerit. Et ita rescripsit Senatus Pratori Domus Ossulae 19. Iulij 1559. P. N. Subdens, quod illi, qui manant homicidia parari, quamuis patratia non fuerint, & illi, qui scilicet cum animi deliberatione aeposuerant, licet non vulnerarent, non erant sine parus remissione ad gratiam generalem admittendi. Et hac omnia nota, quia quotidie contingunt in practica Si tamen quis dederit alapam alicui, requiritur remissio. Et ita declarauit Senatus in casu Nicolai Gallerati 17. No. uembr. 1554.

Scias autem, quod huiusmodi gratiae solent a principibus a nob. modis concedi: Primo quidem, quando Princeps alicui facit pro delicto specialem remissionem, siue inuoluentiam delicti, & haec apud nos appellantur litterae gratiae: Secundo quando Princeps ex aliqua causa, puta, pacis inuita, aut ducenda uxoris, aut natiuitate primogeniti, aut in ingressum possessionis alicuius Regni, uel Prouinciae, facit gratiam generalem. Et hoc apud nos appellatur decretum gratiosum.

Quero nunquid si Princeps dicat alicui, Facio tibi gratiam pro delicto, dicatur ille plene restitutus. Resp. quod sic, & consequenter recuperat etiam bona, secundum Bart. in l. fin. l. 1. C. de sentent. pass. & est communis opinio, vt dicit Bos. in tit. de rem. ex sola clem. princ. n. 1. & seq. Et quod restitutio comprehendat etiam bona, quae nondum sunt in alium translata, dicit esse communem omnium sententiam Bellus de re mil. fol. 123. nu. 21. & ideo in hoc Ducatu Princeps quando facit gratiam, solet ad lere quod penam corporalem tantum. Crederem tamen, quod ex quo in hoc Ducatu non solet Princeps facere gratias quod ad bona, sed tantum quod ad personam, dici posset, quod etiam hac uerba si apposta non fuerint, deberent censeris ommissa per errorem, & haberi pro appostis, nisi in contrarium apparet de mente Principis. Et ita superioribus diebus in facti contingentia conclusum fuit in hoc Magistratu.

Item quero, nunquid restitutio, seu gratia in eo casu, in quo comprehendit etiam bona, trabatur non modo ad bona existentia penes fiscum, sed etiam ad bona iam per ipsum fiscum alteri donata, seu uendita. Respondeo, quod